DE

DONATI MINORIS FRAGMENTO

HALIS NUPER REPERTO

EXCURSUS.

SCRIPSIT

CAROLUS GUSTAVUS SCHWETSCHKE.

Nemo, nisi indoctus ac litteraturae expers, dicere audeat: incunabulorum descriptio aut nullius, aut exiguae parum utilitatis est.

Placid. Braun notit. hist.-litter. caet. Tom. I. praefat. pag. XV.

HALIS
PROSTAT IN LIBRARIA GEBAUERIA.

MDCCCXXXIX.

VIRIS HONESTISSIMIS

CAROLO AUGUSTO ET CAROLO FERDINANDO

SCHWETSCHKE

PATRI AC FRATRI

UTRIQUE DILECTISSIMO

OB SECULARES BIBLIOPOLII SCHWETSCHKIANI

FERIAS CELEBRATAS

HUNCCE LIBELLUM

ANIMO PIO LAETO

D. D. D.

AUCTOR.

Inter dicta, quibus utuntur *Costeriani* ad rem suam constituendam, probantia illud gravissimum habetur chronographi Coloniensis, in libro anno **MCCCCXCIX.** per **Johannem Koelhoff** typis exscripto occurrens.

Scriptoris quidem haec sunt verba:

„Van der Boychdruckerkunst. Wanne, Woe und durch wen is vonden dye unnysſprechlich nutze kunſt Boicher zo drucken."

„Item dieſe hoichwyrdige kunſt vurß is vonden allererſt in Duytſchlant zo Mentz am Ryne. Ind dat is der duytſcher nacion eyn groiße eirlicheit dat ſulche ſynriche mynſchen ſyn dae zovynden." — — —

„Item wiewoil die kunſt is vonden zo Mentz, als vurß up die wijſe als dan nu gemeynlich gebruicht wird, ſo is doch die eyrſte vurbyldung vonden in Hollant uis den Donaten, die daeſelfſt vur der zijt gedruckt ſyn. Ind van ind uys den is genommen dat begynne der vurß kunſt. Ind is vill meyſterlicher und ſubtilicher vonden dann dieſelve manier was, und je lenger je mere kunſtlicher wurden." — — —

— „Wer der erste vynder der druckereye is gewest eyn Burger zu Mentz ind was geboren von Straißburg, und hiesch jonker Johann Gudenburch." — —

„Item it syn ouch eyn deill vurwitziger man, und die sagen; men hebe ouch vurmails Boicher gedruckt, mer dat is nit wair; want men vynt in geynen landen det Boicher die zo denselven zijden gedruckt syn."

Quum autem luce clarius appareat, et *Gutenbergianos*, quod faciunt, hunc locum ad testimonium sibi vocare posse (Mariangeli Accursii *) verbis insuper adsumtis), rei Colophon non prius addenda est, quam Donatorum illorum exempla, adhuc desiderata, artis adhibitae modum ediderint.

Quo factum, ut bibliographi spectatissimi, ex quibus Meermanos, Fischeros et Van Praetos citare liceat, in exqui-

---

*) Cftr. Angelus Rocha in Append. ad Biblioth. Vaticanam, Romae 1591. p. 410, ubi haec leguntur: „Sed in tot scriptorum controversia apponere libet, quod manu Mariangeli Accursii exaratum in prima Donati grammatici pagina inveni. Aldus enim junior, vir eruditus, ostendit mihi librum Donati ex membranis confectum et impressum, in cujus priori pagina haec scripta leguntur: „„Joannes Fust, civis Moguntinus, avus maternus Joannis Schoeffer, primus excogitavit imprimendi artem typis aereis, quos deinde plumbeos invenit; multaque ad artem poliendam addidit ejus filius Petrus Schoeffer. Impressus autem est hic *Donatus* et *Confessionalia* primum omnium anno 1450. *Admonitus certe fuit ex Donato, Hollandiae prius impresso in tabula incisa.*"" Haec ibi, ubi etiam a latere eadem manuscripta leguntur: „„Haec scripsit Mariangelus Accursius."" —

Exstant profecto Donatorum tabulae, quarum plures asservantur in bibliotheca regia Parisiaca, singularis Hagae Comitum inter libros Meermanianos. (Cf. Catalogue des livres imprimés sur vélin de la bibliothéque du Roi [auctore Van Praeto]. Paris. Tom. IV. pag. 8. nr. 14. 15. et Tom. V. pag. 372.)

rendis et describendis Donati editionibus vetustis operam magnam consumerent. Quanta igitur laetitia sum elatus, quum, annuente V. Cl. Voigtelio, a Consiliis Sanctioribus bibliothecisque academicae et Marianae *) praefecto, incunabula modo dictae perscrutanti mihi volumen **) in manus veniret, cuius tegumento interiori fragmenta priscae editionis Donati erant illita.

Sunt, quae reperi, duo folia membranea, typis antiquis Hollandicis, in forma quarta minori impressa accuratissimeque ea, quoad figuram et magnitudinem litterarum, latitudinem et numerum linearum (quarum quaeque pagina exhibet XXVII) cum Donati fragmentis in bibliothecis regia Parisiaca et Treverica asservatis conveniunt.

De fragmento Parisiaco V. Cl. Van Praetus in libri supra citati tomi IV. pag. 5. haec refert ***):

---

*) De hac ecclesiae Marianae apud nostrates bibliotheca, a Sebastiano Boëtio Superint. et Past. Primar. anno 1560 condita, cfrntr. Geo. Frid. Neumanni epistola de Bibliotheca Halensi ad V. C. Henr. Augustin. Grosschupfium. Halae Magdeb. 1710. 4to. (Libelli rarissimi exemplum in Bibliotheca Dresdensi asservatur); v. Dreyhaupt Beschreibung des Saal-Creyses. Halle, 1750. 2ter Theil. S. 217 fgg.; (v. Heineken) Nachrichten von Künstlern und Kunst-Sachen. Leipzig, 1769. 2ter Theil. S. 5 fgg.; Stiebritz Auszug und Fortsetzung der v. Dreyhauptschen Beschreibung des Saal-Creyses. Halle, 1773. 2ter Theil. S. 284 fgg. Lawätz Handbuch für Bücherfreunde und Bibliothekare. Halle, 1788. 1sten Theiles 2ter Bd. S. 661.

**) In hoc volumine continentur: Guillermi postilla super epistolas et evangelia, Basileae per Nic. Kesler 1489, et Sermones quadragesimales thesauri novi, Argentinae, 1485. fol.

***) De aliis editionibus Donati, lineas XXVII exhibentibus cf. Catalogue des livres caet. Tom. IV. pag. 6. et 7.

„7. *Fragmentum Donati.* Petit in 4.

Edition en lettres de forme, sans chiffres, réclames, signatures ni initiales, à longues lignes, au nombre de 27 sur les pages entières.

Cette édition, dont M. Fischer (Seltenh. livr. 1. p. 86.) a donné la gravure de 4 lignes, sous le titre de *Donatus Tertiae editionis*, est exécutée avec de charactères particuliers aux Pays-Bas dans le 15. siècle, et qui sont semblables quant à la forme, et non à la grosseur, à ceux du fameux *Speculum humanae salvationis* imprimé en lettres mobiles de fonte. Ils ressemblent d'ailleurs parfaitement à ceux de deux opuscules sans date que possède la Biblioth. du Roi; l'un intitulé *Tractatus de salute corporis et animae*; l'autre, qui est en vers, ayant pour titre: *Homeri Yliada e graeco in latinum versa.*

Il se trouve à la même Biblioth. 8 feuillets de ce Donat, parmi lesquels deux sont doubles.

VV. H. de la page, 282 m[illimètres]. (10 p[ouces] 5 l[ignes]). *)"

Fragmenti Treverici, a V. Cl. Wyttenbachio anno MDCCCXXI. reperti, V. V. Cl. Cl. Schaabius et Wetterus in operibus de arte inventa typographica conscriptis **) mentionem fecerunt.

Ex lineis autem in tabulas transscriptis librisque Fischeri et Wetteri additis clarissime elucet, textum illorum fragmentorum

---

*) Aut falso mensum esse Van Praetum, aut mendam typographicam irrepsisse facile intelligas. Wetterus in libro infra citato habet: „4 Pariser Zoll 5½ Linien."

**) Schaab's Geschichte der Erfindung der Buchdruckerkunst. Mainz, 1830. Tom. I. pag. 205., et Wetter's Geschichte der Erfindung der Buchdruckerkunst. Mainz, 1836. pag. 435 sq.

discrepare a nostro, quem compendiis typographicis omissis, in commodum bibliographorum (et philologis damus oblectamento) reimprimi curavimus.

En folia editionis adhuc incognitae *) libri scholis medii aevi usitatissimi — Donati Minoris, ad modum Alcuini in formam dialogi redacti!

---

*) Cf. Catalogum editionum Donati, quem optime praebuit Schweigerus in libro cui titulus: Handbuch der classischen Bibliographie. Leipzig, 1832. Tomi II. Sect. I. pag. 335 sqq.

Fol. I. pag. I.

Et pluralis que vel qua quorum quis vel quibus que vel qua a quis
. . . .
vel
. . a quibus Generis masculini meus mei meo meum o mi a meo
et pluralis mei meorum meis meos o mei a meis Generis feminini
mea mee mee meam o mea a mea et pluralis mee mearum meis
meas o mee a meis Generis neutrius meum mei meo meum o
meum a meo et pluralis mea meorum meis mea o mea a meis
Generis masculini tuus tui tuo tuum a tuo et pluralis tui tuorum
tuis tuos a tuis Generis feminini tua tue tue tuam a tua et pluralis tue
tuum a
tuarum tuis tuas a tuis Generis neutrius tuum tui tuo . . . .
asculini suus
tuo et pluralis tua tuorum tuis tua a tuis Generis m . . . . .
a suis Generis femini
sui suo suum a suo et pluralis sui suorum suis suos . . . .
ni suis suas a suis
. sua sue sue suam a sua et pluralis sue suarum . . . .
sua
Generis neutrius suum sui suo suum a suo et pluralis . . suorum suis
no nostrum o noster a
sua a suis Generis masculini . ster nostri nostro . . . .
nostro nostris nostros o nostri Generis feminini
. . . et pluralis nostri nostrorum . . . . a nostris . . . .
nostris nostras o nostrae
nostra nostre nostre nostram a nostra et pluralis nostre nostrarum . . . .
a nostris nostrum o nostrum a
. . . . Generis neutrius nostrum nostri nostro . . . . nostro et pluralis
nostra nostrorum nostris nostra o nostra
. . . . a nostris Generis masculini vester vestri
vestro vestrum a vestro et pluralis vestri vestrorum vestrum vestris a vestris Generis
feminini vestra vestre vestras a
. . . . vestre vestram a vestra et pluralis vestre vestrarum vestris . . . .
vestra
vestris Generis neutrius vestrum vestri vestro vestrum a vestro et pluralis . . .
vestrorum vestris vestra a vestris Da horum composita vt egomet tui
ic hiccine
met suimet sibimet illic ist . illiccine isticcine . . .
productum in
heccine hoccine Idem in masculino genere . . . . neutro
quis et
vero correptum vt quisquis quisnam quispiam ali . . . cetera

Erbum quid est pars oracionis cum tempore et persona sine casu aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans Verbo

Fol. I. pag. II.

quod accidunt Septem que coniugatio genus numerus fi
. . . . qualitas . . . .
gura
. . tempus persona Qualitas verborum in quo est in modis et
in formis Modi qui sunt indicatiuus vt lego imperatiuus vt lege
utinam ere
optatiuus vt . . . legerem coniunctiuus vt cum legam infinitiuus vt leg . .
fecta
impersonalis vt legitur Forme verborum quot sunt quatuor que per . .
vt lego meditatiua vt lecturio frequentatiua vt lectito in
choatiua vt feruesco calesco Coniugationes verborum quot sunt
tres que prima in a secunda in e tercia in i Prima que est que in indi
catiuo modo tempore presenti numero singulari secunda persona verbo actiuo et neu
trali a productam habet ante nouissimam litteram passiuo communi et de
ponenti ante nouissimam sillabam Vt amo amas amor ama
ris Futurum tempus eiusdem modo in bo et in bor sillabam
mittit vt amo amabo amor amabor Secunda que est que
in indicatiuo modo tempore presenti numero singulari secunda persona verbo actiuo
et neutrali e productam habet ante nouissimam litteram passiuo
communi et
. . . . . deponenti ante nouissimam sillabam Vt doceo doces doce
or doceris Et futurum tempus eiusdem modi in bo et in bor silla
bam mittit vt doceo docebo doceor docebor Tercia que est que
in indicatiuo modo tempore presenti numero singulari secunda persona verbo actiuo
et neutrali i correptam vel i productam habet ante nouissimam litteram
pro i
passiuo communi et deponenti . . . litteram e correptam vel i productam ha
bet ante nouissimam sillabam Vt lego legis legor legeris au
dio audis audior audiris Et futurum tempus eiusdem modi
in am et in ar sillabam mittit vt lego legam legor legar
audio audiam audior audiar Vbi possunt hec discerni hec
in imperatiuo et in infinitiuo modo statim discerni possunt utrum i litteram
correptam habeant an productam nam i littera correpta si fuerit

2 *

Fol. II. pag. I.

in e convertitur ... quando tercia con
· · · · · · · producta si fuit non mutatur Est · · · · · · · ·
tantum ... etiam in bo et in
iugatio futurum tempus non in am · · · sed · · · · · · · ·
m non habu
bor sillabam mittit interdum cum i litteram correpta · · · · · ·
is ... o queo quis qui ... ge
erit sed productam vt eo · ib · · · · · · bo eam vel queam · ·
que activa pa ... communia
nera verborum quot sunt quinque · · · · · ssiua neutra · · · ·
ta r
et deponencia Actiua que sunt que in o desinunt et accep · ·
littera faciunt ex se passiua vt lego legor Passiua que sunt
que in r desinunt et ea dempta redeunt in actiua vt legor lego
Neutra que sunt que in o desinunt vt actiua sed accepta r
littera latina non sunt vt sto curro nam stor curror non
dicitur Sunt preterea neutro passiua vt gaudeo gavisus
sum soleo solitus sum fio fis factus sum mereo meritus sum
Deponencia que sunt que in r desinunt vt passiua sed ea dempta
latina non sunt vt luctor loquor sequor nascor et orior
Communia que sunt que in r similiter desinunt vt deponencia
sed in duas formas cadunt pacientis et agentis vt osculor
criminor dicimus autem osculor te osculor a te criminor te
criminor a te Numeri verborum quot sunt duo qui singularis vt
lego pluralis vt legimus Figure verborum quot sunt due que sim
plex vt lego composita vt negligo Tempora verborum quot sunt
tria que presens vt lego preteritum vt legi futurum vt legam Quot
sunt tempora in declinacione verborum quinque que presens vt lego preteri
tum imperfectum vt legebam preteritum perfectum vt legi preteritum plusquamperfectum
vt legeram futurum vt legam Persone verborum quot sunt tres
que prima vt lego secunda vt legis tercia vt legit

Aduerbium quid est pars orationis que adiecta verbo
significacionem eius explanat atque implet Aduerbia quot

Fol. II. pag. II.

Accidunt tria que significatio comparatio et figura significatio ad
. . . .
verbiorum in quo est quia
. . . . sunt aduerbia aut loci aut temporis aut
numeri aut
. . . . . negandi aut affirmandi aut demonstrandi aut optandi
aut
. . hortandi aut ordinis aut interrogandi aut similitudinis aut qua
lita ut
. . tis aut quantitatis aut dubitandi aut personalia aut vocandi a .
res
. . pondendi aut separandi aut iurandi aut eligendi aut congregandi
aut prohibendi aut euentus aut comparandi Da aduerbia loci vt
hic et ibi illic inde intro et foras Da temporis vt hodie heri
nunc nuper cras aliquando olim tunc tum dum iam semper mane
modo Da numeri vt semel bis ter quater Da negandi vt
haut non neque Da affirmandi vt etiam quin ni certe Da
(o si!)
demonstrandi vt en ecce Da optandi vt vtinam oly
Da hortandi vt eya age Da ordinis vt deinde deinceps
presertim
Da interrogandi vt cur quare quamobrem . . . . Da si
militudinis vt quasi seu tamquam velud veluti sic sicuti
(uti?) fortiter viriliter bene male
. . . Da qualitatis vt docte pulcre . . . .
Da quantitatis vt multum parum modicum minimum
forsan forsitan fortassis
minime valde Da dubitandi vt fonsan fonsitan fontassis
vel fortasse fortuitu Da personalia vt mecum tecum secum no
biscum vobiscum Da vocandi vt o Da respondendi vt
heus Da separandi vt seorsum retrorsum Da iurandi vt
edepol castor hercle mediusfidius Da eligendi vt potius
ymmo Da congregandi vt simul una pariter Da prohi
bendi vt ne Da euentus vt forte fortuito Da comparandi
vt magis minus vel tam maxime minimum minime
Comparacio aduerbiorum in quo est in tribus gradibus
comparacionis scilicet positiuo comparatiuo et superlatiuo

In calce libelli
locus detur, quod lubenter excipiatis,
LEMMATI INEDITO.

Cur deus ultimis temporibus artis impressorie novum seculo munus iunxerit?

Pape quid hec veteris petit ars nova et inclita sedis
    Priscis cur patribus lux ea non micuit
Quos pater omnipotens creat. hos vocat. hos seculo omnes
    Vult salvos veri noticia fieri
Hinc dudum exhibita est cupimus quam vita secunda
    Cuncti. sed multi posse venire negant
Hac iterum ydolatras arte et tinctos et apellas
    Accersire parat quod praesens adveniat

(Versus manu exarati in libro, Wilhelmi Episc. Lugdun. de fide caet. partes X inscripto, ante annum MCCCCLXXX, ut videtur, litteris Guntheri Zainer, typogr. August. impresso).